# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

## Iuuentus c
### cum fonte primo

Multos uidemus iuniorum
super senes intelligere,
moribus dies antiquare,
tempora preuenire meritis, et quod
deest etati uirtutibus compensare

quia
iuxta apostolum, nemo
contempnat adolescenciam

bone indolis.

Senectus uenerabilis
non est numero
annorum,
sed magis merito morum
computata.

Bernardus in epistola ad Theobaldum comitem.

Nec dicimus quamcumque aetatem Dei gratiae praematuram, sicut nec seram, cum
multos videamus iuniorum
super senes intelligere,
moribus antiquare dies,
praevenire tempora meritis, quod
etati deest compensare virtutibus.
Boni pueri, qui quod aetate videntur, esse student et malitia. Malitia, inquam, sed non sensu: quorum,
iuxta admonitionem Apostoli, nemo
contemnat adolescentiam.
Meliores
bonae indolis
adolescentes inveteratis dierum malorum. Puer centum annorum maledictus est, et est, e regione,
SENECTUS VENERABILIS,
NON DIUTURNA, NEQUE NUMERO
ANNORUM

COMPUTATA (Sap. 4:8).

Bernardus Claraeuallensis, *Epistula de moribus et officio episcoporum*, 26 (SBO 7, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.122, ll.6-13).